



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

24. Dies Decemb. Quantite fecit Deus; ex his, quæ pro te factus est,  
agnosce. Bérn. serm. 1. de Epiph.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

1032 Christiani Militis Decemb.  
non tamen te laudes; quia tibi benefecit. Quia,  
*Qui se laudat, Christi se munere fraudat.*

24. DIES DECEMB.  
Quanti te fecit Deus; ex his, quæ pro te factus est,  
agnosce. Bern. serm. i. de Epiph.

Iter in I.  
Bethleem.

**S**Idubites, ô homo, quanti te Deus  
fecit! vide, quid Dei Filius prote-  
xit factus? A novem mensibus, in  
utero Matris pro te homo factus;  
eras item pro te apparebit homo natus. Tandem ali-  
quando post diuturnam tot annos, lustrorum, Olym-  
piadum, sæculorum expectationem; post tot captivo-  
rum è limbo e julatus; Patriarcharum suspiria; Pro-  
phetarum vaticinia, cœli clamores, terræ gemitus;  
adest nobis, singulari Dei Præpotentis beneficio dies  
ille expectatissimus, antiquæ legis ultimus, novæ pri-  
mus; dies ad quem aspirantes, iam tot annis, & men-  
sibus; tot diebus, ac noctibus, irrequieto, ac indefi-  
so studio, & labore gemimus. Adest dies plenitudi-  
nis temporis; ad quem quasi ad horæ unius integri-  
tatem, & complementum, singula momenta in dex-  
tram, sinistramque partem, per singulos gradus ja-  
ctabantur; ad quem; quasi ad centrum mundani ho-  
rologii pondera indefatigabili motu ferebantur. Et  
Sol ipse dierum, atque annorum parens, eisdem cur-  
sus iterum, iterumque; repetebat: si forte tandem ali-  
quando majorem illum solem aspiceret, qui tempora  
novit & momenta, ea que habet in sua potestate. Cir-  
ca quem, quasi cardiné versantur omnes dies sæculi,  
& qui eum præcesserunt, & qui deinceps secuti sunt,  
& qui porro orientur, & occident in omnes annos

cont-

b.  
ui,  
est,  
eus  
ote  
, in  
rus;  
al-  
m-  
vo-  
co-  
us;  
ies  
ri-  
en-  
el-  
di-  
ca-  
ex-  
ia-  
o-  
Et  
ir-  
li-  
ra-  
r-  
li,  
at,  
os

Decemb.

Tessera.

1033

consequentes. Est dies mundi criticus, atque decreto-  
ritus: Mundi jam penè animam agentis, ut ab Aucto-  
re suo reparetur; & statum meliorem, atque adeò  
florentissimum restauretur.

II. Imò, dies placabilis Domini; quo cogitans  
cogitationes pacis, & non afflictionis, mundum ta-  
citus clamoribus invocantem, Sanctos omnes dico; in  
primisque B. Virginem, cum universitate creatura-  
rum exaudivit. O quanta h̄ic mysteria! Dēum fieri  
hominem; nasci ex Virgine, in stabulo; jacere in præ-  
sepio; involvi pannis; fugere ubera. Ut immensa h̄ec  
cælorum, terrarumque moles è nihilo produceretur;  
eumque acquireret statum, quem cernimus, meritò  
admiramur. Ut decem mundorum millia huic paria,  
aut etiam majora, & præstantiora procreentur; quid  
opus tunc fuit, aut necessarium foret, præter nudum,  
ac simplicem consensum Divinæ Voluntatis? At effi-  
cere; ut tantus, tamque potens Artifex, sit verus Deus,  
& Homo; ut Virgo, sit Mater; & Mater, sit Virgo; ut,  
qui ab æterno est genitus, verè gignatur in tempore:  
ut is, qui tantâ simplicitate est; ut ejus essentia, existen-  
tia, subsistentia, substantia, natura unum sint; sit verè  
compositus ex duabus naturis in una numero perso-  
na, conjunctis: rursus; ut una mulier fiat eodem mo-  
mento, Dei Filia, Sponsa, Parens: id demum opus  
magnum; ipsis quoque cælitib⁹ admirabile, ac planè  
Divinum est. O Virgo inclyta! quæ jam cum tuo  
Sponso occupas Bethleem suburbia, ut potè partui  
proxima, speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis; ex  
quo gaudium Angelorum, & delicias humani gene-  
ris possidere incepisti: quam glorioſa dicta sunt de te,  
civitas Dei! ex quā homo, & homo; sed Homo-Deus;

Ttt 5

homo

1034      *Christiani Militis*      Decemb.  
homo Redemptor, & homo redemptus; homo vi-  
etus, & homo captivus, receptus est in te.

III. Sed & tu Anima comitare Virginem, quam cū  
sacro partu euntem comitantur plus quām duode-  
cim legiones Angelorum. Nam tibi jam inculco illud  
Patilinum; ut, quæ sursum sunt, quæras; sed non quæ  
super terram. Nam cæli Dominus inclinavit calos,  
& descendit ad terras; ut quærat ubi, qui est caput no-  
strum, caput suum reclinet. Age igitur, ab ætheris pa-  
latio, ad paupertinam casam: à stellis, ad paleas; à lu-  
nâ, ad Virginem, quæ est pulchra, ut luna; ab Angelis,  
ad jumenta; à Divinâ Numinis rui formâ, ad huma-  
nam Christi speciem delabere. Age! collige Bethlee-  
miticæ specus paleas; super quas, ô qualis! ô quām ra-  
dians! ô quām flammans cælum bunculus jacet! Jam tota  
 spelunca, ut olim Sinai montis vertex, ardet; & ex me-  
diis flammis, leges Amoris distat, Deus Amoris. In-  
fans nudus, & inermis exarmabit illic potestates te-  
nebratum. Ille parvus, immensi Amoris Deus, vix-  
natus infans; non manus, quæ fasciis ligantur, sed  
oculos suos expedit ad corda omnium hominum  
vulneranda. Ab arcu superciliorum suorum, radii-  
tis luminis tela passim evibrat. Nec mirum, aspicien-  
do vulnerat, & videri, est tangi. Tela ejus, ipsi oculo-  
rum sunt radii. Quid igitur mirum? si ferit, cùm vi-  
det; cùm ferire, sit videre? Tua, ô Christe, Pulchri-  
tudo! tua est contra me Fortitudo. Tuâ faciem hil-  
non facis, dum eâ, in omnibus accendis faces. Esto-  
to inermis corpore, & tamen, vel sic metoto la-  
pectore. Vel unicum tuum ad me verbum, est mihi  
pro corde amoris telum.

¶ Vis magna est herbis; Christi sed maxima verbis.  
25. DIES